



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

62. An executores possint distribuere eleemosynam inter pauperes ante
tempus designatum à testatore. Ex p. 8. tr. 5. res. 51.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76413](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76413)

RESOL. LVIII.

An si testator scia pauperatem executoris possit ipse ad-
huc sibi applicare elemosynam inter pauperes distri-
buendam? Ex p. 8. tr. 5. Ref. 47

§. 1. **N**egatiuam sententiam docet Sanchez in
sum. to. 2. lib. 6. c. 11. n. 54. quia cum pau-
peritas executoris nota esset testatori, satis est verifi-
cile, fore, vt, si testator vellet partem elemosynae
applicari ipsi executori iusto distribuere, id expli-
cetur.

Sup. hoc in
rom. 4. tr. 7.
Ref. 64. &
hic aliquid
in principio
precedentis
Ref.

2. Haec tamen ratio mihi non placet: nam, vt di-
cebam, plures esse possunt causae, ob quas testator id
non explicet: quae prudentis arbitrio pensanda sunt,
& dispicienda; nonnullae mihi occurrunt. *Prima*,
quando erubesceret executor aliquid accipere ex pres-
se titulo elemosynae, & nollet testator litteris testa-
menti expressam relinquere executoris pauperatem,
& elemosynam ipsi a se factam, sicut multi sunt, qui
aliorum & honori, & pudori consulentes re ipsa quin-
dem elemosynas conferunt: at non titulo elemosy-
nae exterius dant, sed tanquam amicorum munera, &
donaria vltro, citroque missa mittunt amicis paupe-
ribus ne erubescant titulo paupertatis accipere. *Se-
cunda*; quia saepe etiam testator sibi videtur non sa-
tisfacere, & auctoritati executoris accipientis, & dig-
nitati ipsius dantis; si rem omnino modicam daret,
ideo maule ipsam arbitrio executoris relinquere, vt
ipse, si velit, sibi etiam applicet. *Tertia*, vult testator vt
ea quantitas inter plures distribuatur. Quod si expres-
se meminisset ipsius executoris, se obligatum putaret
ad illam totam quantitatem ipsi dandam. Rem vero
totam ipsius arbitrio relictam credit ita distribuendam
ab eo executori, cum non totam sibi; sed aliis
etiam distribuatur. *Quarta*, saepe contingit, vt, si testator
illi potius executori, quam aliis partem sibi expressè
applicandam relinqueret, alij offenderentur, aut con-
quererentur; quae, vt euitet, vult omnino arbitrio exe-
cutoris omnia relinquere. Sexcentae aliae causae con-
currere possunt, ob quas id testator non exprimat;
ideo non mihi sufficiens signum videtur, vt censetur
testator noluisse, vt executor sibi applicaret. Et
haec omnia docet Dicastillus de iust. lib. 2. c. 19. disp. 3.
dub. 12. num. 154.

RESOL. LIX.

An distributores, & executores possint de elemosyna di-
stribuenda dare aliquid filio spurio testatoris.
Et quid de filio spurio ipsius distributoris? Ex p. 8. tr. 5.
Ref. 48.

§. 1. **R**espondet Dicastil. lib. 2. tr. 19. disp. 3. dub.
12. n. 150. dictum distributorem posse dare
eam elemosynam filio suo spurio, non autem filio
spurio testatoris; vt potest videri in Matienzo, qui
multos refert lib. 5. recop. tit. 8. l. 3. gloss. 5. n. 2. Et 5. cuius
ratio non est alia, nisi quod eam elemosynam non
censeatur dare executor; sed testator, qui suo spurio
nihil dare potest, vt etiam de maioratu docet, & pro-
bat Molina disp. 192. n. 4.

2. Sed affirmatiuam sententiam tenet Rodriguez
in sum. tom. 2. c. 156. n. 5. vbi sic ait: El executor de te-
stamento que ha de distribuir sus bienes, dandolos a po-
bres, los pueda dar a sus hijos siendo pobres, como despues
de otros lo tiene Baldo, el qual añade, que lo puede dar
tambien a los hijos del mismo testador siendo pobres aun-
que sean espurios, pues segun Derecho tiene el padre obli-
gacion de los alimentar, la qual opinio sigue Jacobo de Cir-
si. Ita Rodriguez.

RESOL. LX.

An distributores possint elemosynas praebere pauperibus
ex sua culpa?
Et an relicta proredimendis captiuis, & carceratis possint
prestari pro captiuis, & carceratis ex sua culpa. Ex
p. 7. tr. 5. Ref. 49.

§. 1. **R**espondeo executores testamentorum posse
in conscientia elemosynas, & opera pia di-
stribuere inter pauperes sua culpa effectos, sicut, &
relicta pro redimendis captiuis, & pro liberandis
carceratis possint praestari pro captiuis, & carceratis
sua culpa. Ita ex Menochio, Seraphino, & Cephalo
docet Escobar. de vtroque foro, art. 4. §. 4. n. 207.

RESOL. LXI.

An executores, si semel elegerint, vel determinauerint, in
g. S. Augustini Monasterium, &c. possint variare? Ex
p. 8. tr. 5. Ref. 50.

§. 1. **A**D hoc dubium sic respondet VVadingus.
Ar. de contr. disp. 4. dub. 13. §. 4. n. 6. Executor
cum facultate plena distribuendi tantam, vel tantam
summam in pauperes, quos voluit; si semel determina-
uerit, & elegerit, v. g. S. Aug. Monasterium, non pote-
rit variare, l. huiusmodi, §. strictum ff. de leg. 1. vbi gloss.
Bart. & alij, id notant, & rationem dant; quia facta
electione, ius est acquiritum monasterio, tanquam le-
gataro a testatore designato, vt bene deducit Pan.
conf. 1. lib. 2. quod ius executor non potest tollere, &
in tali casu elector ille nullum tribuit ius nominato,
sed totum habet ex testamento, & voluntate testato-
ris; Executor vero nominando posuit tantum condi-
tionem sub qua voluit legatum suum ad legatarium
peruenire, vt bene notat Paulus a Castro in l. vnum de
familia, ff. de leg. 2. quamuis non negarem vt supra, esse
aliquam executoris auctoritatem in hoc negotio
pretio estimabilem. Ita ille.

2. Sed Card. de Lugo de iust. 10. 2. disp. 24. sect. 16.
n. 338. ex Sanch. tenet executorem posse variare ele-
ctionem alicuius pauperis factam in alium, quia cum
hac libertate, & reservatione censetur electionem fec-
cisse, quare nullum ius videtur pauperi acquiritum.

RESOL. LXII.

An executores possint distribuere elemosynam inter pau-
peres ante tempus designatum a testatore? Ex p. 8. tr. 5.
Ref. 51.

§. 1. **A**ffirmatiuè respondet Rodriq. in sum. to. 2.
c. 156. n. 5. vbi sic ait: Los executores del tes-
tamento, que antes del tiempo señalado por el testador
reparien cierta cantidad de dinero entre pobres, no po-
drán. Ni obsta lo que la opinion contraria de Bartolo, y
otros trae esto: Conuiente a saber, que haciendo esta re-
stribucion antes del dicho tiempo se haze quando agruan
a los pobres que auia en el tiempo señalado por el testa-
dor, y assi haze la distribucion contra su voluntad. Por-
que a esto se responde, que el dicho testador, ordenando
lo susodicho, mas quiso mirar por la salud de su al-
ma, que por el tiempo señalado, el qual puede ser que
señalo, pensando que antes del no se podría hazer. La di-
stribucion sin perdida de la hacienda que dexara, y
mas que ne ayó mas a los pobres presentes que a los
futuros, y si señalo, el dicho tiempo fue pro salud de
su alma, y los testamentarios preueniendo este tiempo
se haze mucha ganancia, y assi lo tienen Ancharano, y
Abad.

Abbad. y Couarruias, fundados en vna ley. Lo qual fe ha de tener, salvo si lo contrario constare por coniecturas de la voluntad del testador por quanto conforme el Derecho, de las gentes y natural cada vno tiene libre voluntad para disponer de sus causas, tanto que la libertad de testar segun Theophilo, es de derecho de las gentes, y natural, y no la puede quitar el Principe, como lo traen, alegando muchas cosas Menochio, y Couarruias, Ita Rodriguez.

2. Sed non deseram hic apponere verba P. Valquez *opus. de testam. c. 9. §. 3. d. l. 1. n. 76.* sic asserentis. Sed quid si dies praescribatur executioni, hunc diem possunt exequutores anticipare? Aliqui existimant, quod non possint, quia detrimentum sequitur pauperibus futuris: alij existimant, quod bene possunt, quia testator potius voluit consulere animae suae, quam futuris pauperibus: sibi autem maxime expedit, quod quam citissime poterit, executioni mandentur, saltem pia legata. Et hanc sententiam merito sequitur Couarr. n. 5. nisi aliud constet de mente testatoris, saltem per coniecturas; vtpote si ipse voluit, ne legata soluerentur cum tanto hereditatis detrimento & ideo voluit diem statueri, vel aliis quam plurimis rationibus: quod praecipue locum habet in legatis non piis. Ita ille.

RESOL. LXIII.

An Executor quando eleemosyna distribuenda est inter pauperes, possit dare Fabricae Ecclesiae pauperis.
Et quid quando vero testator expressit certum pauperum, aut certum locum, an tunc nec haeres, nec Episcopus possit mutare?
Et an ille, cui commissa est eleemosyna inter pauperes, teneatur eligere pauperes? Et part. 8. tractat. 5. Resolutione § 8.

§. 1. **N**egatiuam sententiam tenet Nauartus in *Man. c. 17. n. 93.* Syluest. *verbyessit. 8. n. 7.* Angel. *codem verb. 2. n. 7.* & alij, quia videtur animus testatoris, vt personis pauperibus dentur. Limitant tamen Syluest. & Angel. nisi redundaret hoc in maius bonum pauperum, vt quia ex tali fabrica redundant maiores eleemosynae pauperum. Addit Syluest. vel habitantes sunt pauperes, quos oportebat suum victum expendere in illud aedificium, quia in vtroque casu est date pauperibus.

2. Sed satis probabile est posse expendi in tali fabrica, quando est necessaria, & reuera Ecclesia est pauper. Pro hac sententia est Matienzo, *l. 5. recop. tit. 4. l. 6. §. 7. n. 2.* vbi dicit, quod in legatis nomine pauperum intelligitur Ecclesia, & refert Ioannem Andr. *cap. finali de testam. n. 6.* per l. omnes, qui in princ. *C. de Episc. & Cler. vbi Bald. n. 7.* dicit nomine pauperum contineri Ecclesiam: & idem Bald. *l. si quis ad declinandam, in princ. n. 10. C. eod. tit.* dicit, quod legatum relictum pauperibus potest dari fabricae Ecclesiae pauperis, quia comprehenditur sub pauperibus, & *lib. id. quod pauperibus. C. eod. tit. n. 34.* dicit, quod quando legatum est ad piuum vsum, est certum posse dari pauperibus: quando vero testator dicit, vt detur pauperibus, est verius, quod potest dari fabricae Ecclesiae pauperis, quia nomine pauperum intelligitur pius vsum. Et Perex *lib. 5. cod. tit. 2. lib. 1. vers. succedit praterea, fol. 81.* referens Ioannem Andr. Dominicum, & Crotum, dicit, quod legatum relictum pauperibus potest dari Ecclesiae quae indiget reparatione: Et Rosel. *res. 15. n. 3.* dicit potest dari, quando Ecclesia est pauper, & reparatio est necessaria, & non ingruit magna fames. Item, quia *c. cum in de vsum,* dicitur acquisita iniuste, quando non comparat dominus, esse pauperibus danda; & tamen

Tom. V. I.

omnes fatentur posse etiam extendi in alios pios casus. Et haec omnia docet Sauch. *in opusc. tom. 2. l. 4. c. 1. dub. 19. n. 5.*

3. Sed circa praesentem questionem, ne deseram videre Ianuarium, *res. moral. p. 1. ref. 61. per totam* qui, me citato, late probat hanc opinionem; & docet etiam, quod cui commissa est eleemosyna inter pauperes, non tenetur eligere pauperiorem, & potest preferre vnum pauperem alteri.

4. **N**otandum est etiam hic obiter, doctrinam Baldi; *in l. si quis ad declinandam, & l. omnes qui, C. de Episc.* quando testator relinquit certam summam pro pauperibus nihil specificando posse non tantum Episcopum, sed & ipsum heredem vel executorem ex ea pecunia fabricare, vel reparare templum, quia, vt dicit, haec non est mutatio, sed explicatio voluntatis indeterminatae testatoris ad aliquid determinatum, cum vocabulo pauperum etiam Ecclesiae contineantur: & hanc doctrinam amplexus est postea Bertachinus, *de Episcopis, lib. 4. n. 4.* & dicit Episcopos ita praedicare. Quando vero testator expressit certum genus pauperum, aut certum locum, tunc nec heredem, nec Episcopum posse mutare, asserit *ibid.* Bald. Et haec omnia docet etiam VVading. *de contr. disp. 4. dub. 13. §. 6. n. 8.*

Sup. hoc in Ref. not. preterite §. 1. per totum, & in ref. eius an. not. prima.

Sup. hoc in ref. §. vltim. & in ref. preterita §. 1. prope finem, legatus verbi. Loqual.

RESOL. LXIV.

Olim quaesitus fuit à quodam Sacerdote, vtrum Episcopus possit legatum aliquod in equale, aut melius commutare? Ex p. 2. tr. 17. & Misc. 3. Ref. 26.

§. 1. **E**t digladiantes hinc inde DD. tam recentiores, quam veteres inueni; alij affirmant, alij negant. Negant ex nostris P. Baldus *verb. legatum, n. 19.* Molseus *in summa 10. 2. tr. 13. c. 5. n. 182.* Et ex societate Iesu P. Molina *de iust. tom. 1. tract. 2. disp. 259.* Iuristis Guido Papae *dec. 556.* Bertachinus *tr. de Episc. p. 4. n. 79.* Capella Tholofana *dec. 26.* Abbas *in c. tua nobis, de test. num. 4.* Aloysius Ricc. *p. 2. dec. 125.* & alij. Probat hanc sententiam multis rationibus, & primo per textum *l. legat. ff. de admin. rer. ad ciuit. pertin.*

Sup. hoc in ref. seq.

2. Secundo, quia voluntas testatoris pro lege est seruanda, *l. in conditionibus primum locum, de cond. & demonst. & c. vltima voluntas 13. q. 2.* Tertio, quia sic videtur definitum, vt ait Molina, & alij in Clementina, *quia contingit, de religiof. don.* His verbis. Cum ea quae ad certum vsum sunt destinata fidelium, ad illum debeant, non ad alium (salua sedis Apostolicae autoritate) conuerti. Haec *ibi* Clem. V. approbante Concilio Viennensi. Et annuercarium, quod relinquitur pro virginibus maritandis, nullo modo patitur commutationem, ait Illephonus Perez *de Annuer. & Capellanis lib. 1. c. 14. n. 38. & c. 22. n. 10.*

3. Aliqui DD. limitant hanc sententiam, & asserunt, pro vna vice tantum posse Episcopum commutare aliquod legatum ex aliqua causa. Ita M. Anton. Genuensis *in praxi Archiepisc. 19. n. 5.* & Riccius *in collectan. p. 3. collect. 558.*

2. Sed contrariam sententiam absolute sequuti sunt M. Ant. Genuens. mutans opinionem *in praxi. Eccles. tricenar. 8. q. 213.* Sylu. *verb. legat. 4. q. 12.* Valq. *opusc. de test. c. 8. §. 8. dub. 3. n. 104.* Jacob. de Graff. *to. 1. Consil. 1. 3. conf. 2. n. 10.* Comitoli. *in resp. moral. lib. 7. q. 9. n. 2.* Beia *in resp. cas. cons. p. 4. cas. 12.* Lucas de Peña latissime *in l. vnica. C. de expens. ludorum,* & Fernandez *in exam. theol. p. 4. c. 18. §. 1. n. 1.* qui citat D. Antonin. Angelum, Tabienam, Armillam, Bartolum, & alios. Hi omnes asserunt, etiamsi non adit aliquod impedimentum iuris, vel facti, posse Episcopum commutare legatum in equale, vel melius maxime cum consensu heredum. Nec in hoc casu Episcopi commutando infringunt volunta-

R r 2 tem